

Sermo

perinet ad sapienciam. quasi diceret publicanus. Peccaui contra potenciam patris per infirmitatem. et ideo tu qui summe potens es coforta me. Peccaui contra sapienciam filij per errorem. Ideo tu qui summe sapiens es doce me. Peccaui contra bonitatem spiritus sancti. per maliciam. Ideo tu qui summe bonus es ignosce mihi. Deinde implorat misericordiam. cum dicit. Propitius esto mihi quem fecisti quem assumpsisti et redemisti. cui spiritum sanctum misisti. cui gloriam promissisti. Hanc formam seruat ecclesia in letanijs. cum dicit. Propitius esto. pare. etc. Dicitur autem propitius a prope. quod deus appropinquat ad peccatorem per effectum misericordie. non valentem ad se accedere. Propitius autem est. non solum ignoscendo. Iuxta illud Qui propiciatur omnibus iniquitatibus tuis. si etiam vltimendo. Unde deus tu propitius fuisti eis. etc. Quia ex magna misericordia est quod castigat ne nos peccare delectet.

Tercio ostendit suam misericordiam cum subdit. peccatori. quasi diceret. Iniquitatem meam agnosco. etc. Nec ait peccanti. sed peccatori. ut grauius se accuset. Unde dicitur. Proverbia rum. xiiij. Iustus in principio accusator est sui. et ideo deuote orauit. et se ipsum accusauit. ideo iustificari promeruit. Unde sequitur Amen amen dico vobis descendet hic iustificatus in domum suam ab illo. comparatio ne illius qui et magnitudine tumoris pharisei magni apparet iustificatio publicani. unde Iudith. vi. Inuere superbiam illorum. et respice humilitatem nostram.

nonagesimusquartus

Est autem duplex iustificatio. Una a culpa. Alia a pena per satisfactionem. De prima Ezechielis. xvij. Quicumque hora peccator ingemuerit iniquitatum eius non recordabor.

De secunda. Iste. xl. Dimissa iniquitas illius. id est purgata et soluta per penas. et ideo quia suscepit de manu dei duplicia pro omnibus peccatis suis scilicet tribulationem in corpore. et angustiam in mente

Domnica xij. ad Corinthios
tercio

Fratres fiduciam terralem habemus per cristum ad deum. Non quod sufficientes sumus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis. Sed sufficiencia nostra ex deo est. Qui et idoneos nos fecit ministros noui testamenti. non littera. sed spiritu. Littera enim occidit. spiritus autem viuificat. quod si ministratio mortis litteris difformata in lapidibus fuit in gloria. ita ut filij israel non possent intueri in faciem moysi propter gloriam vultus eius que euacuatur. quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria

Evangelium. Marcij
In illo tempore exiens ihesus de finibus tyri. venit per sydone ad mare galilee. inter medios fines decapoleos. Et adducunt ei surdum et mutum. et deprecabantur eum ut imponat illi manum. Et apprehensens eum de turba seorsum. misit digitos suos in auricalas eius et exspuens tetigit linguam eius. et suspiciens in celum ingemuit. et ait illi